



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Ordo Militvm Jesu Christi à Sancto Dominico contra Albigenses hæreticos
institutus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

petratum est, ut honorem illum in eiusdem Ferdinandi Regis nomen transcriberet; quod factum eidem post annos aliquot, Archiepiscopalis, & Cardinalitiae dignitatis conciliavit insignia, Pontificis quidem auctoritate, at Regis in primis gratia, atque beneficio. Alexander demum VI, Leo X. Hadrianus item VI. in alumni Caroli V. Imp. gratiam, ipsi, & successoribus tres istos ordines in omne tempus administrandos tabulis conditis, concessere.

O R D O M I L I T V M
Jesu Christi à Sancto Dominico
contra Albigenses hæ-
reticos institu-
tus.

1360. Instituti huius initia, & causam habe ex Antonini Chronicō. Cum partes Tolosanæ, & Lombardia plenæ essent hæreticis, Dominicus prædicans contra illos dicitur conuertisse ex illis 100000. Et in adiutorium sumpxit, quasdam deuotas personas, quæ corporaliter illos hæreticos gladio materiali expugnarent, quos ipse gladio verbi Dei amputare non posset, quibus, & tradidit tertium modum viuendi spiritualem; ultra communem morem laicalem, & citram statum completae Religionis: & dicebantur tunc *Fratres de militia Beati Dominici*. Extirpatis demum hæreticis in partibus illis, cum non oporteret amplius gladio pugnare, remanserunt in illo modo partim religioso cum viroribus suis, quæ mortuis viris continenter viuebant, & alij vtriusque sexus; viduae, & virginis, & coniugati illis adhæserunt. Vocati sunt postea *Fratres, seu Sorores de Pænitentia Beati Dominici*: quorum regulam approbauit Innocentius VI. circa annum Christi 1360. Et Ioannes XXII. declarauit illos, & illas non esse intelligendas denuomo

eorum, qui dicuntur in Clement. *Ad nostram deberet, Begardi, & Begina*. Et Honorius concessit, quod tempore interdicti possint interesse diuinis officijs in Ecclesijs Prædicatorum. Hic ordo neminem adstringit ad paupertatem, & obedientiam totaliter.

O R D O S A N C T Æ M A R I Æ
de Mercede, & Redemptione
captiuorum apud Ara-
gonios celebris.



1218. E O ipso Anno CΙΟ. CC. XVIII. quo S. Dominicus in Hispaniam venit, Barcinonæ noua piorum hominum instituta Sodalitas nomine Io. Maria. D. Mariæ de Mercede, & de Redemptione captiuorū insignis; quod multi terra marique à Mauris capti Christiani, & in seruitutem abacti, vitæ acerbitate à Christo data fide morentur. Magnum id dedecus Religionis erat, Christiani nominis probrum maximum; cuius declinandi studio Iacobus I. Aragoniæ Rex cognomento Expugnator (tria enim regna, Balearicum, Valentinum, & Murciense è Saracenorum manibus eripuit) prima ordinis iecit fundamenta. Gregorius autē Papa IX. Anno post duodecima adprobauit, vt Hieronymus Curita, Blanca, Romanus, Ioannes Mariana, alijsque historiographi Hispani commemorant. Fecit id Iaco-bus